



**Antoninus Diana Panormitanus, Clericus Regularis, Doctor  
Celeberrimus, Coram S. D. N. Alexandro VII. Episcoporum  
Examinator, & Sancti Officij Regni Siciliae Consultor,  
Coordinatus, Seu Omnes ...**

**Diana, Antonino**

**Lugduni, M. DC. LXXX.**

65. An eligendus sit pro Vicario Capituli Sede vacante Doctor Canonum, si haberi potest sub poena nullitatis? Et in casu, quod non sit Doctor, an possit capitulum in ipso actu deputationis dare ei ...

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-76359](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-76359)

fam executionem, præcisè cogit ad factum, præcisamque denotat necessitatem, ut multis relatis expressè tenet Cened. præl. 9. singulari 24. à n. 2. præcisè n. 4. & 5. & dicit Tusc. concl. 52. 2. quòd excludit omnem gratiam, misericordiam, & dispensationem, ubi novem conditiones exclusivas affect, ubi etiam concl. 299. dictio, mirà, quà Concilium vitur, includere tantum sua extrema, dicit, & excludere eas quæ sunt extrema, ita ut si aliquid fieri iubeatur intra decem dies, post illos non possit fieri, quia includit extrema, & excludit ea, quæ sunt extra: unde per Suar. tom. 5. de censur. disp. 18. sect. 3. n. 2. ait Capitulum quòd Sede vacante non constituit Vicarium, tempore, & modo ibi præscriptis, facultate constituendi eum potest. Riccius coll. 1602. initio, & d. 473. tit. de Sede vacante. Quarant. in summ. Bullar. verb. Capit. Sede vacante, n. 3. vers. eisdem.

Attamen Garcia de benef. ubi supra, n. 4. vers. sed respondeo, Riccius coll. 1602. dicunt Capitulum etiam transactis prædictis octo diebus, posse purgare moram, quia cum Vicariatus non sit beneficium, sed officium quoddam temporale, deolutio deputatio- nis Vicarij, solum intelligitur fieri, ut Metropol. possit Vicarium deputare negligente Capitulo, non autem, ut Capitulo omnino tollatur facultas eum de- putandi, & purgandi moram, & ita deolutio ad Me- tropolitani, solum fit ad effectum, ut possit suppleri negligentia Capituli, quibus respondet Quarant. pro- xime n. 4. quòd quando iurisdic- tio deolutur ad su- perio- rem propter negligentiam, non habet locum poenitentia, quia ipso iure, transactis octo diebus iurisdic- tio ex Concilio translata est in superio- rem, ubi allegat Gemin. c. fin. n. 8. de suppl. negl. Præl. in 6. unde non obstante opinione Garcia, contraria est magis conformis iuri, quam proculdubio amplecti oportet. Ita Themudo, cui ego libenter adhæreo.

RESOL. LXIV.

Quid determinet Concilium Tridentinum circa crea- tionem Vicarij Capituli, Sede vacante?  
Et an terminus etiam octo dierum currat capitulo à die scientia translationis Episcopi ad aliam Ec- clesiam, quando tamen à summo Pontifice fuerit absolutus à vinculo prioris Ecclesie: Ex p. 8. tit. 4. Rel. 55.

§. 1. IN Concilio Tridentino; quoad electionem Vicarij Generalis, seu Prouisoris, sic, sess. 24. c. 16. sancitum est. Capitulum Sede vacante, officia- lem, seu Vicarium intra octo dies post mortem Episcopi constituere, vel existentem confirmare omni- no teneatur, qui saltem in iure Canonico sit Doctor, vel licentiat, vel aliàs, quantum fieri poterit, ido- neus. Si secus factum fuerit, ad Metropolitanum de- putatio huiusmodi deuoluatur. Et si Ecclesia ipsa Metropolitana fuerit, aut exempta, Capitulumque, ut præfertur negligens fuerit, tunc antiquior Episcopus ex Suffraganeis in Metropolitana, & propinquo- rum Episcopus in exempta & economum (de quo in eodem capite habitus etiam fuerat sermo) & Vicarium ido- neos possit constituere. Episcopus verò ad eandem Ecclesiam vacantem promotus ex iis, quæ ad eum spectant, ab eisdem & economo vicario, & aliis qui- buscumque officialibus, & administratoribus, qui Sede vacante, fuerint à Capitulo, vel ab aliis eius lo- cum tenentibus, etiam si fugerint ex eodem capitulo, rationem exigat officiorum, iurisdictionis, admini- strationis, aut cuiuscumque muneris, possit eos puni- re, qui in eorum officio, seu administratione deliquerint: etiam si prædicti officiales, redditis rationibus, à Tom. III.

Capitulo vel à deputatis ab eodem, absolutionem ab eodem, aut liberationem obtinuerint. Eidem quoque Episcopo teneatur Capitulum de scripturis, ad Eccle- siam pertinentibus, si quæ ad Capitulum pertine- runt, rationem reddere. Hucusque Concilium.

2. Nota tamen; quòd intra octo illos dies non arctatur Capitulum ad constituendum Vicarium, & successivè potest de per se administrare.

3. Terminus autem præfatus octo dierum currit Capitulo etiam à die scientia translationis Episcopi ad aliam Ecclesiam, quando tamen à Summo Pon- tifice fuerit Episcopus absolutus à vinculo prioris Ecclesie; & Ioannes Antonius Massobrius in praxi habendi concursus, requir. 1. dub. 9. secundum Roma- nam impressionem, attestatur resolutum esse, Eccle- siam; à qua volens transferretur seu quam dimittit Episcopus vacare ab eo tempore, quo idem Episco- pus ab illius vinculo absoluitur in Consistorio San- ctitatis suæ; etiam ante expeditionem litterarum Apostolicarum, vel adeptam possessionem secundæ Ecclesie; & posteaquam huiusmodi absolutionis notitiam habuerit, etiam ex testimonio, seu docu- mento Secretarij Sacri Collegij, illico teneri eum abstinere ab exercitio Ordinariæ iurisdictionis, eam- que transire in Capitulum Sede vacante, & ita posse, & debere Capitulum statim ea iurisdictione uti, ac Vicarium iuxta Concilij d. cap. 6. præscriptum eligere, Sedemque vacantem publicare.

Quoad hoc lege supra- latam do- ctrinam Re- sol. 6.

RESOL. LXV.

An eligendus sit pro Vicario Capituli, Sede vacante, Doctor Canonum, si haberi potest sub pena nul- litatis?

Et an in casu, quòd non sit Doctor, possit Capitu- lum in ipso actu deputationis dare ei Consulto- rem Doctorem sibi bene visum, alioquin an pote- rit ipse Vicarius eligere Doctorem Consulto- rem, partibus non suspectum; in quibus opus fuerit?

Et an Doctor Theologus non possit esse Vicarius Ca- pitularis Sede vacante?

Et an Vicarius Episcopi possit esse non Doctor?

Et si Episcopus decesserit relinquit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debeat illum confirmare? Ex p. 8. tit. 4. Rel. 56.

§. 1. R Esponder Merolla tom. 3. disp. 7. c. 7. dub. 18. num. 186. Sacram Congregationem in vna Tridentina declarasse, quòd si Capitulum eligit non Doctorem, quando haberi potest Doctor, elec- tio est nulla. Sic refert Garcias tom. 1. de benef. p. 5. n. 10. & seq. Item in vna Macaren. censuit his verbis: Si Episcopus demortuus reliquit Vicarium, quem elegerat, cum non esset Doctor, Capitulum non de- bet eum confirmare, sed alium, qui sit Doctor, elige- re. Et quamvis in hac secunda declaratione non ex- plicit Sacra Congregatio, an si Capitulum de facto confirmet Vicarium non Doctorem ab Episcopo re- lictum, sit irrita confirmatio: tamen ex alia declara- tione eiusdem Congregationis, clarè colligitur esse irritam, inquit enim, illa verba Concilij, Omnino te- neatur, &c. referri ad vtrumque, scilicet confirman- dum, vel constituendum, ita ut tam confirmatus, quam constitutus habeat qualitates à Tridentino requisi- tas, aliàs electio est nulla. Adde, quod etiam hoc colligitur ex illis verbis S. Congregationis supra re- latis: Capitulum non debet eum confirmare, nam verbum illud, non debet, præcisam necessitatem im- portat, & actum contra gestum omnino reddit nul- lum: ergo, &c.

Mm

2. Vnde

LA N A  
M N I A  
D. III. IV. V  
E. III

2. Vnde Marcellus Vulpes in *praxi for. Ecclesio.* 44. num. 15. sic ait: Vicarius Episcopi potest esse non Doctor, sed Vicarius Capitularis; qui debet deputari Doctor, aliàs deputatio erit nulla: & si Episcopus demortuus reliquit Vicarium non Doctorem, Capitulum non debet illum confirmare, sed alium, qui sit Doctor, eligere. Concilium Tridentinum *sess.* 24. c. 16. *de reformar.* Sed si in Capitulo non extat Doctor, potest deputare alium, qui sit idoneus; ita declaravit Sacra Congregatio Concilij his verbis: Congregatio Concilij sentit, existentibus Doctoribus in Capitulo, necessariò vnum ex illis esse eligendum; alioquin deputationem ad Metropolitanum deuoluit sed in casu, quo Vicarius non sit Doctor, potest Capitulum in ipso actu deputationis dare ei consultiorem Doctorem sibi bene visum; alioquin poterit ipse Vicarius eligere Doctorem consultorem patribus non suspectum in casibus, in quibus co opus erit. Ita ille.

3. Vnde Barbosa *tract. de Canon. cap. 42. num. 53.* asserit sub die 28. Augusti ann. 1621. decisum fuisse, Doctorem Theologum non posse esse Vicarium Capitularem, Sede Vacante, & Dom. Valençuela *conf. 120. num. fin. vol. 2.* vbi hanc nullitatem obiicit contra quædam acta à quodam Vicario Theologo electo à Capitulo Ecclesiæ Conchenfis Sede Vacante.

4. Quod sanè, iuste constitutum esse videtur, Nam viri Theologi, etsi literatissimi sint, non satis iurisperitentiæ praxim, & theoreticam callent, & proinde multoties ex capite, & pro arbitrio sententias profereunt, & vbi que à veritatis, & iustitiæ tramite deuiant, vt bene aduertit Hieron. Cevallos in *tract. de violentis*, 1. part. *gloss. 6. num. 24. pag. 66.* & Axia *de exhiben. auxilij, casu 5. fol. 159.* & nouissimè D. Catalcus ad *leg. Recog. cap. 6. num. 9. fol. 56.*

5. Verùm, his non obstantibus, non deseram hic adnotare Ioannem Solorzanum de *Indiarum iure*, tom. 2. lib. 3. cap. 13. num. 46. & sequ. contrariæ sententiæ adherere: sic enim asserit. Quidam Atequipensis Episcopus D. Fr. Petr. à Perea Augustinianus cum ego in Prætorio Limano ius dicerem, parere recusabat quibusdam literis executorialibus, quas aduersus eum expediri mandauerat. D. Ioannes Velasquez electus Archiepiscopus Limanæ Ecclesiæ, Sede Vacante, Metropolitanus, & eiusdem Archidiaconus meritissimus, iniquens illum esse Doctorem Theologum, & à Capitulo eligi non potuisse, in quo plures alij Præbendarij reperiebantur Licentiæ, vel Doctoratus laurea in iure Pontificio donati, & satis in eius professione conspicui.

6. Qua de re cum ad Regalem Cancellariam negotium sub occasione Regij auxilij ab Archidiacono implorati, delatum esset, supra dictis non obstantibus, pro Archidiaconi gestis & iurisdictione pronuntiaum fuit. Nam etsi verum sit, eam (quam diximus) formam à Concilio præscriptam videri in electione Vicarij Capituli, Sede Vacante, non ita præcisè est, quin alium idoneum admittat, vt patet ex illis verbis: Vel aliàs quantum fieri potuit idoneus. Vnde reliqui in arbitrio Capituli hæc alternatua videtur, quod ex iustis causis moderari potest ita vt Theologum, ætate fortè, prudentia, & ætatem agendam dexteritate excedentem, cunctis in eodem Capitulo existentibus præponat, in quibus prædictæ dotes non reperiuntur, vel alia impedimenta considerentur.

7. Quo fit, vt dictam formam Concilij parum seruari in Ecclesiis Hispaniæ fateatur Nicol. Garcias *diçlo. cap. 7. num. 14.* & per eam non excludi arbitrium Capituli iustis rationibus ductum, & gubernatum, tenet Nauarr. *conf. 2. de offic. Vicarij*, Sayrus

in *floribus decis.* eodem tit. Enriquez *conf. 90.* Azot. 2. part. lib. 3. cap. 37. in fine, & Aloy. Riccius in *praxi Archiepisc. decis.* 473. num. 2. quibus fauet Patis de Puteo *tract. de syndic. verb. Doctor*, num. 3. fol. mibi 236. Vbi agens de statutis, quæ requirunt, quod potestatis auctoritas sit Doctor, inquit, quod quamvis hoc gradu insignitus non sit, si tamen aliàs idoneus, & eminentis scientiæ esse reperiat, hoc sufficit ad Statuti verba, & mentem expiendam, argum. *l. vnicuique, Cod. de prax. sacr. serin. lib. 12.* & eorum; quæ tradit Bald. in *l. sed reprobari ff. de excusat. intor.* Lud. Roman. in *l. quid tamen ff. de arbit.* & in *l. cum quid ff. si certi petat.* & in terminis Vicarij, de quo agimus, Iacob. Sbrozium lib. 1. de officio Vicar. *quasi. 26. num. 13.* quem refert, & sequitur (licet sub aliqua hæsitacione) Iacob. de Grassis 2. tom. *conf. lib. 2. conf. 1. diff. 7. n. 4. pag. 17.* in quibus posse à Capitulo eligi etiam non Doctorem, & non habentem tales qualitates, modò consulat Aliflorem Doctorem iuris Pontificij, & ita se vidisse obseruatum in Episcopatu Fanensi. Et ego testor me idem vidisse in eadem Ecclesia Limentis, & in aliis Indiarum Hispaniæ in Vicariis electis à Sede Vacante, de quibus loquimur nam in aliis nullum dubium est, vt statim trademus.

8. Et quamuis Sacræ Congregationis Cardinalium declarationes contrarium expresserint, & talem, tantamque auctoritatem habeant, qualem, quantumque tradit Emanuel Roder. tom. 1. q. regul. 1. 1. art. 1. & 2. Zerola in *praxi Episcop. 1. par. §. auctoritas in annoz. fin. & 2. par. §. absolutio post. princip.* Nicol. Garzias *de benef. in præm. circa fin. & Cened. in præd. Can. quasi. 6. n. 9.* Adhuc vbi, nec publicatæ, nec receptæ, aut practicatæ sint, non videntur tanti ponderis esse, vt consuetudinem vincant, & Conciliarem dispositionem dictam alternatiuam concedentem. Huc vique Solorzanus.

Sed ne deseras Lector recognoscere Ricc. *part. 4. decis. 305.* vbi mordicus sustinet electionem Vicarij Theologi esse validam, prætermisso Canonista.

## RESOL. LXVI.

An Capitulum, Sede Vacante, debeat eligere Vicarium ex gremio ipsius Capituli?

Et an hoc etiam procedat, quando deuoluitur electio ad Metropolitanum ob negligentiam Capituli?

Et in prædictis casibus, si in Capitulo, in quo non sunt Doctores, vel Licentiati in iure Canonico, adisset aliqui iuris Canonici peritus, & idoneus, debeat eligi: aliàs electio sit nulla? Ex part. 8. tractatu 4. Res. 57.

§. 1. Respondeo non teneri de necessitate, sed si adisset idoneus, cæteris patribus esset præferendus ille, qui est de gremio Capituli; ita censuit Sacra Congregatio Concilij, teste Metcello Vulpe in *praxi ser. Eccles. cap. 44. num. 25.* Nauarro in *summa Bull. tom. 1. tit. de Capitulo, Sede Vacante*, n. 28. Garcia de *benef. tom. 1. p. 5. cap. 7. num. 13.* & Metolla tom. 3. *disp. 7. c. 7. dub. 18. n. 187.* vbi docet, hoc etiam procedere, quando electio deuoluitur ad Metropolitanum ob negligentiam Capituli, vt scilicet non teneatur Metropolitanus eligere Vicarium de Capitulo, vt notauit Auctor. *Cur. Archiep. Neap. cap. 84. in 1. edit.* Nec obstat *cap. ne pro defectu, de elect.* quia id procedit in electione Prælati. An autem si in Capitulo adisset idoneus, deberet Metropolitanus cæteris patribus illum præferre aliis, non determinat hic Auctor. Ego dicerem, teneri Metropolitanum